

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dissertationem Moralem De Norma Actionum Humanarum
Indultu Facultatis Inclytiae Philosophicae In Celeberrima
Academia Lipsiensi die VII. Maii Ann. MDCXCIIIX. H. L. Q.
C. sub Praesidio Dn. M. Joh. ...**

Lipsiae, 1698

§. XVI

urn:nbn:de:bsz:31-102642

Eadem delicta inæquales nonnunquam videantur infligi poenæ; id tamen solummodo ita videtur, si poenæ in se simpliciter seu, ut alias loqui solent, *abstractivè* considerentur. Quod si vero deinde consideres poenæ *concretivè*, seu, ut certis subjectis inficias, apparebit, uti delicta, ita & poenæ ob ea impositas simpliciter æquales esse. Hinc separandæ probè à se invicem sunt, estimatio poenarum & cœrundem inflictio. Illa involvit respectum personarum; hæc autem non involvit. Quod sane ita manifestum, ut mirari eos subeat, qui in diversas hic partes secedunt. Nam ponamus idem delictum à Senatori & rustico commissum esse. Agitur jam de infligenda utriusque poena. Quod si igitur, consultatione factâ, deprehendatur poena, quam tanti astimaturus sit senator, quanti rusticus poenam aliam, tum ob paritatem delictorum, pares etiam deprehensæ hæc poenæ, & non minores aut majores infliguntur.

§. XVI.

Justitia opponitur *injustitia*, quæ proinde nihil aliud est, quam *prava actionum ad personas applicatio*, quâ *jus earum perfectum* violatur. Injusta autem actio talis dicitur notissimo vocabulo *injuria*, quæ triplici modo inferri potest, prout *jus alterius perfectum* triplici modo hædi potest. (1.) Quando reculat quis alteri, quod ipsi jure perfecto debebatur. Ut si rem depositam aut commodatam finito usu dominus repeatat, & depositarius vel commodatarius nulla ex justa causa reddere recuset. Diximus autem studio, *quod jure perfecto debebatur*. Nam si ex obligatione *imperfecta* seu minus plena descendat debitum, utut non praestetur, non tamen *injuria* dici illata poterit. Ita quamvis stipem quis pauperi deneget, *injuria* tamen hoc dici non poterit, cum suo eam jure pauper postulare non potuerit; Utut certum sit, denegatione talis officii in *jus naturæ* peccari. Ais: si Jus N. talia officia præcipit, tribuet etiam alteri facultatem, seu *jus illa exigendi*, & debebuntur proinde ex obligatione *perfectâ*. (2.) Neg. *nexus*. Est enim ea horum debitorum natura, ut ex merâ humanitate, non metu poenæ proficiisci debeant. Quod tamen exceptionem casibus duobus patitur. (1.) Si ultima necessitas subigat. (2.) Si officia hæc imperet is, qui imperandi nobis & vires, & justas rationes habet; Tum enim debebuntur ex obligatione

imperfecta.
adversus ac
la rem enpiat,
sed requiritur,
etiam; fecit e
casum habet,
validus, quā
cunque tempore
eminentis dos
enam itidem ju
tentibus sci.
Et ratio hum
perit, ne cit
lias salva soc
ita, si alter
ipsum poter
villum ab in
sue fuit trac
Non alias fib
fandum vu
capit sentit.
Illi. Aris. 1
dus oclia
injuriam in

Sed n
cunque ratio
terea requiri
& proposito
et delictus,
pille, Deind
tante vel invic
fummo crum
locum hollidi
1574. iug

tione perfecta. Secundò injuria insertur, si quis alteri auferat, quod jure adversus auferentem efficaci possidebat. Ut si quis domino iusto rem eripiat, vel si precariò rem tenenti tertius eam extorqveat. Sed requiritur, ut jus, quo quis rem tenet, sit adversus auferentem efficax; secus enim si fuerit, de injuriā illatā nullam conqverendi causam habet. Ut si Dominus rem precariò datam repeatat; is enim validius, quām possessor jus habet, ob naturam precarii, quod quocunque tempore revocari potest. Item si rem privato auferat, jure eminentis dominii, is qui summo in civitate imperio gaudet; tum enim itidem jus possidentis contra auferentem non valet, concurrentibus scil. illis requisitis, quae in tali sublatione adesse debent. Et ratio hujus injuriae est, quod ex lege naturae id cuilibet juris competit, ne citra culpam suam bonis, quae poscidet, spolietur; cùm aliās salva socialitas consistere non posset. Tertiò committitur injuria, si alteri inferatur data opera malum, quod inferendi penes ipsum potestas non fuit. Exempli gratiā, si quis ob delictum commissum ab incompetente judice puniatur. Ratio est eadem, quae antea fuit tradita; Sed requiritur, ut quis non lacesitus lēdatur. Nam aliās sibi imputet, quod suā culpā provocavit lēsionem; cùm secundum vulgatam JCTorum regulam, damnum, quod quis suā culpā sentit, non sensisse videatur, l. 203. ff. d. R. I. Quò pertinet illud Arist. Nicom. L. 5. c 15. Ο διὸ ἐπειδὴ καὶ τὸ αὐτὸν οὐτισμὸν δοκεῖ αἰδίνειν. Qui, quod passus est, idem vicissim facit, non videtur injuriam inferre.

§. XVII.

Sed non sufficit ad hoc, ut alteri dicatur injuria illata, si quacunqve ratione malo aliquo præter culpam suam sit affectus; sed præterea requiritur, ut à sciente & volente, seu datā operā ex proæfisi & proposito sit factum. Unde primò liquet, cum, qui usu rationis est destitutus, ut furiosum & mente captum injuriam inferre non posse. Deinde injuriam non posse dici lēsionem illam, quae ab ignarante vel invito procescit. Ut si venator emittat jaculum; id autem fortuitò erumpentem ex dumetis hominem lēdat; vel in prælio quis socium hostili veste indutum occidat; Nam αἰδίνειν, καὶ δικαιο-
ωρεῖν αἰτιαὶ τῷ ινστιῳ, καὶ αἴτιοι. Justum vel injustum fa-